



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae  
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio  
De Rossi, Giacomo Gregorio**

**Romae, 1657**

7 Togae Aduocatorum Consistorialium descriptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10678**

do Pancirolo, quod \* Toga su- 6  
per alias velles induebatur, si-  
nistrumque humerum tegebat,  
& ante pectus dimissa fibula in  
dextro humero neciebatur.

Quæ species superindumenti  
adamussim congruit togæ su-  
periori, quam Sacræ Consisto-  
rialis Aulæ Aduocati semper, &  
vbique deferunt super imam  
Tunicam Talarem, præter-  
quam in functionibus Consisto-  
rialibus, & Collegialibus, cum \* 7  
ea sit purum pallium forma ro-  
tunda, & fusione aptè cæsa, li-  
gaturæ loco solum immutato,  
quia fibula sub gutture supra pe-  
ctus colligatur, apertis hinc in-  
de spatiis ad brachia exercenda  
gratia commodioris, ac liberio-  
ris

## 74 CAPVT

ris usus. Quare Petrus Paulus  
Guazzinus dicto lib. 1. defens. 1.  
cap. 1. num. 6. vers. unde, testa-  
tur, quod Iurisconsulti Prima-  
rij, & Aduocati Consistoriales  
Romæ utuntur Mantellina ni-  
gri coloris longa usque ad tala-  
ria.

Cumque oboriretur confu-  
sio, si multis passim quid lice-  
ret, ut dicitur in fine l. 3 grecæ  
C. De ijs qui ad Eccles. confug.  
ut vestis sit causa honoris, ma-  
xime inter ignotos, iuxta illud  
*Hunc homines decorant, quem ve-  
stimenta decorant teste lo. Ant. de  
Nigr. In repet. d. Extrav. Vnic.  
num. 470. De Vit. & hon. Cleri-  
cor. ne amplius ex indistincta  
delatione habitus togati in Curia  
Ro.*

Romana detur ansa errandi in  
distinguendis Aduocatis Con-  
sistorialibus à cœteris Professo-  
ribus Iuris, ac omnes præser-  
tim alienigenæ aduentantes ad  
Urbem sola illius delatione cer-  
tò dignoscant qualitatem defe-  
rentium, cum \* talis quis præ- 8  
sumatur, qualem indicant ve-  
stes ab eo delatæ, sicut in pro-  
posito arguunt Gul. le Rouille  
*De Iust. & Injust. lib. 3. cap. 5.*  
num. 2. vers. nam talis tract.  
tom. 1. fol. 383. Benedictus Ca-  
pra in repetitione Clementinæ si  
plures num. xi. De Præbend. &  
Io. Anton. de Nigris in repeti-  
tione dictæ Extravagant. unicæ  
num. 469, De vita, & honest.  
Clericor. Sanctissimus D.N. Ale-

xan.